4458 tabulae marmoreae marginatae cr. 0,03 fragmenta quattuor. Fragmentum v. 3–13 ineuntes continens rep. *piazzale delle corporazioni*; est in horreis Epagathianis. Cetera fragmenta vidi in repositis musei Ostiensis.

*m. p*E T R O*nio m. f.* 4,8
q V I R · H O N*orato* 4,5
PRAEF·AEGY P*ti* PRA*ef.* 3,5
ANNON·PONTIF· *min*OR·PRO*c.* 3
A RATIONIB·AVG·PR*oc. prou. belgicae* 2,5
ET·DVARVM·GERM*aniarum, proc.* 2,3
XX·HERED·PROC·M*onet* „
THRACVM·PRA*ef* „
AVG·II·TRIB·M*il. leg. i mineruiae p. f.* „
PRAE*f coh. i raetorum* „
C·GR*anius c. f.* 5
QVIR *maturus* 4
AM*ico*

Descripsi. Fragmentum quo v. 3–13 ineuntes continentur ed. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 390, qui hoc solo fragmento reperto titulum recte rettulit ad M. Petronium Honoratum (C. VI 1625 *a. b* = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 1340). Ipse adiunxi cetera fragmenta tria apographis meis et ectypis usus.

M. Petronius Honoratus praefectus Aegypti fuit a. 147. 148; cf. Cantarelli *La serie dei prefetti di Egitto* I (*Mem. acc. Linc.* 1906) p. 50. Lesquier l. l. (n. 4456 not.) p. 513. — Cursus honorum idem fere est atque in titulo urbano C. VI 1625*b* = Dessau 1340 (cf. 1625*a* et notam Dessavii l. c.); sed in titulo Ostiensi inter tribunatum legionis et procuraturam monetae, a quo munere cursus honorum equester M. Petronii incipit, non unam militiam, sc. praefecturam alae Aug. II p. f. Thracum, ut in titulis supra citatis, sed duas commemorari observavit iam Vaglieri. De lacuna supplenda incertus sum; vide ne error lapicidae subsit. [‘Teste titulo urbano VI 1625*a* Honoratus post praefecturam cohortis et tribunatum legionis fuit *praef. alae Aug. II p. f. Thracum*; in titulo gemello VI 1625*b* deest *II*, fortasse quod eum numerum loco insolito positum quadratarius non intellexit; quadratarius autem tituli Ostiensis non videtur intellexisse litteras *p. f.* et accepisse eas pro *praef.*, ita ut duae praefecturae evaserint, altera *Thracum*, altera *alae Aug. II*’ Dessau.]

11–13 supplevi (cf. supra n. 362–364, infra n. 4651. 4715); sed reliquiae v. 13 incertae sunt.

4459 [= Eph. VII 1212] basis marmorea, litteris bonis (a. 0,055–0,02) inscripta. Spatium scripturae destinatum a. 0,655, l. 0,545. Rep. *nelle terme Antoniniane*. Est ibidem.

T · PETRONIO · T · F
ANIENS · PRISCO
PROCVRATORI · AVG
FERRARIARVM · ET · ANNONAE
OSTIS · PRAEF · ALAE · II · PANNONIOR
TRIB · LEG · VII · GEMINAE · FELICIS
PRAEF · COH ///////////////////
///////////////////////////////
///////////////////////////////
///////////////////////////////
//////////////////
LYNTR///////////////////////
L D D//////////////////

Recognovi. Lanciani *Not. d. sc.* 1888 p. 739. Dessau l. c. ad exemplum Huelseni.

Is, cuius statua in hac basi collocata erat, aliunde adhuc non innotuit; cf. *Prosop. imp. Rom.* III p. 29 n. 222. Petronii Prisci tribuni laticlavii (C. III 5657. *Prosop. imp. Rom.* III p. 29 n. 220), de quo admonuit Lanciani, hunc posse patrem fuisse putat Dessau l. c. — Ductu litterarum lapidem secundo p. Chr. saeculo assignari censeo; ceterum legio VII Gemina (v. 6) a Septimio Severo cognomen Piae accepisse videtur (cf. Ritterling *RE* XII p. 1314 sq.). De procuratione officinarum ferrariarum v. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsb.*[2] p. 145 sqq. passim (cf. supra n. 4326), de procuratione annonae Ostis v. supra p. 7 b. — 7 sqq. superficies laesa est lapide ad novum usum adhibito, 13 fin. crusta calcaria oblita. — 7 *Eph.* l. c. adnotatur fuisse aut COH III aut VII. Mihi videbatur fuisse aut III aut VI. — 12 Lanciani cogitavit de collegio lyntrariorum (cf. C. II 1182. VI 9531), recte ut videtur. — 13 *l(ocus) d(atus) d(ecurionum)* [*d(ecreto) p(ublice)*].

4460 [= Eph. IX 455] fragmentum tabulae marmoreae utrimque inscriptae; v. infra n. 4565.

RI · 9,5
*se*PTIMIO·PO 5,5
*a*NNONAE 5,5

Descripsi. Vaglieri *Not d. sc.* 1909 p. 91; inde Dessau l. c.
3 in. supple *praef.* vel *proc.*

4461 tabulae marmoreae cr. 0,062 pars quae ad usum posteriorem desecta videtur; supra fracta est. Rep. *tra le terre che riempiono l'iposcenio del teatro*. Est in repositis musei Ostiensis.

VN 5,5
SEVER 4,7
E·E·M·M *u. u.* 4,7

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 289 n. 3.

1 fin. videtur M potius fuisse quam N. — 3 agitur fortasse de *agente* quopiam *vices praefectorum praetorio eminentissimorum virorum*, cf. supra n. 134. 4455.

4462 fragmentum tabulae marmoreae, ipsum in duas partes fractum, a. 0,415, l. 0,48, cr. 0,028–0,025. Litterae exhibent vestigia coloris rubri. Asservatur *casone del sale* (*ufficio degli scavi*).

AFRO·M 8,5
*proc*OS·PROVIN*c* 7,5
DECV*r* 6,8

Descripsi.

1 littera secunda P mihi videbatur esse potius quam F (itaque vix cogitandum de *Cn. Domitio Afro Titio Marcello Curvio Lucano*, qui Domitiano imperante proconsul Africae fuit, cf. C. XI 5210 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 990. *Pros. imp. Rom.* II p. 17 n. 107).

4463 fragmentum tabulae marmoreae marginatae, a. 0,18, l. 0,192, cr. 0,024. Rep. *fra la terra che riempiva il primo edificio dopo la porta romana a destra entrando in città*. Est in repositis musei Ostiensis.

TRI
COS·P 2,5
MIL 2,5
PRAE 2
VIII

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 67 n. 1.

Videtur esse saeculi secundi. — 1 in. potest fuisse T. — 2 fin. fortasse *p*[*raetor*]. — 3 fin. 4 [*trib.*] *mil.*? — 6 cogitavi de legione VIII; numerus laesus est, quasi scalpro temptatus.